Fra Det Kgl. Biblioteks tekstportal (tekster.kb.dk)

Forfatter: Worm, Jacob

Titel: 6.

Citation: Worm, Jacob: ”6.”, i Worm, Jacob: . - *[1968]*, udg. af ERIK SØNDERHOLM , [1968]-1994, s. 256. Onlineudgave fra Arkiv for Dansk Litteratur: https://tekster.kb.dk/catalog/adl-texts-worm01val-shoot-idm140677732318624/facsimile.pdf (tilgået 22. september 2021)

Anvendt udgave: . - [1968]

Worm, Jacob, . - *[1968]*, [1968]-1994



6.

Temporis in bello inutiliter protracti et triti, proditionum impunitarum, disciplinæ militaris non [excultæ], sed nimiâ indulgentiâ prostratæ, stipendiorum gregario militi furtô officiariorum nefariè surreptorum, vagarum libidinum, et imprudentiæ bellicæ fructus et effectus est pax coacta, turpis, noxia, infamis, et æternum exitialis.

7.

Insignia et privilegia antiqvæ ac verà nobilitatis non qvibuslibet, multò minus iis, qvi caput circumferunt tribus [anticyris] insanabile, impetu cæcô, nec qvavis de causa sunt deferenda, status enim nobilium, Ecclesiasticorum, studiosorum, mercatorum non sunt confundendi, sed intra suos limites coarctandi.

8.

Jn aulis ac Regnis Principum, pro uno veritatis intrepido precone ac buccinatore, mille exsistunt adulatores, et assentationum doliqve mali professores: scilicet veritas odium parit.

9.

Jtà in officio sibi demandato se geret [regnantium] qvisqvis, ut nè subjectorum omniumqve bonorum diris, sugillationibus, atqve exsecrationibus obnoxius malè audiat.

174 10.

Princeps seu unctus Domini sæpissime est optimus atqve inculpabilis, sed ab adulatoribus hominum genere pestilentissimò, atqve à suis vice-reginis honestati ac Deo infensissimis, in pejus mutatus Deo inimicus ac regno noxius per corruptionem damnosam evadit.